

*Pius. II. ad futuram rei memoriam. Wegen des Angriffs auf NvK in Bruneck sei im öffentlichen Konsistorium Anklage gegen Hz. Sigismund und seine Anhänger erhoben worden. Der Konsistorialadvokat Andrea da Santacroce habe den Fall vorgetragen und ein breites Spektrum schwerer Kirchenstrafen gegen die Angeklagten gefordert. Der Papst habe daraufhin den Kard. Juan de Mella sowie die Bischöfe Jean Jouffroy von Arras und Domenico de' Domenichi von Torcello mit der Untersuchung des Falles beauftragt. Da diese die Richtigkeit der Anschuldigungen bestätigt haben, zitiert der Papst Hz. Sigismund und seine Anhänger zum 4. August 1460 vor das öffentliche Konsistorium, um sich zu rechtfertigen. Die Urkunde solle in Siena, Mailand, Zürich und Rovereto angeschlagen und öffentlich verkündet werden.*

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 476 f. 236<sup>r</sup>-239<sup>r</sup> (= V<sub>11</sub>); ebd., Arm. XXXI 58 f. 113<sup>r</sup>-117<sup>r</sup> (= V<sub>2</sub>); BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 203-205 (= K<sup>2</sup>); BOZEN, StA, Cod. 3 (*Acta Concordiae*) p. 5457 (= A); ebd., Cod. Handlung (ebenfalls: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 138<sup>r</sup>-142<sup>v</sup> (= H<sup>3</sup>); ebd., Lade 3 Nr. 9 A und I (jeweils mit Datum 1. Juni 1460); GöTTWEIG, StB, Cod. 445 (schwarz)/390 (rot) f. 196<sup>r</sup>-197<sup>r</sup> (= G<sup>4</sup>); LEIPZIG, UB, 1092 f. 27<sup>r</sup>-28<sup>v</sup>); NÜRNBERG, GNM, Papierakten weltliche Fürsten, Österreich 1451-1460 f. 10<sup>r</sup>-11<sup>v</sup> (mit Datum 1. Juni 1460); TÜBINGEN, UB, Ms 70 f. 88<sup>r</sup>-89<sup>v</sup>); SEVILLA, Biblioteca Capitular Colombina, Cod. 5-5-19 f. 302<sup>v</sup>-303<sup>v</sup>); (16. Jh.): MÜNCHEN, StB, Cgm 975 f. 1<sup>r</sup>-5<sup>v</sup>; FLORENZ, Biblioteca Nazionale, Fondo Nazionale II.II.379 f. 87<sup>r</sup>-91<sup>v</sup> (nach Reg. Vat. 476<sup>8</sup>); (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 251-254; (18. Jh.): MÜNCHEN, StB, Clm 1389 f. 21<sup>r</sup>-22<sup>v</sup>.

Druck Diix, *Der deutsche Kardinal II* 466-470.

Regest (18. Jh.): BOZEN, StA, Lade 3 Nr. 10 A; (19. Jh.): Lichnowsky, *Geschichte des Hauses Habsburg VII, CCCIX* Nr. 378; Jäger, *Regesten I* 323 Nr. 296; (20. Jh.): Brosius/Scheschkewitz, RG VIII 640 Nr. 4563.

Erw.: Sinnacher, *Beyträge VI* 492f.; Jäger, *Streit II* 44, 52; Voigt, *Enea Silvio III* 357 Anm. 1, 359 Anm. 3, 363, 365; Picotti, *Execrabilis* 30; Gotwald, *Ecclesiastical Censure* 14; Jedin, *Bischof Domenico dei Domenichi* 259; Jedin, *Studien über Domenico de' Domenichi* 16; Wendehorst, *Gregor Heimburg* 121; Hicksch, *Gregor Heimburg* 34; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 392, 398; Baum, *Eidgenossen* 12; Baum, *Habsburger in den Vorlanden* 404; Märkl, *Kardinal Jean Jouffroy* 115f.

Unser Text folgt der Registerüberlieferung V<sub>1</sub>. Die Varianten der anderen zeitgenössischen Kopien sind vermerkt, soweit sie über orthographische Abweichungen und offensichtliche Lesefehler hinausgehen.

Pius ii etc. Ad futuram rei memoriam. Si ex saluberrimis salvatoris et domini nostri Jesu Christi preceptis naturalique iure ac paterne caritatis officio cunctis Christifidelibus, ne iniuriis vel indebitis molestiis afficiantur, quantum cum deo possumus, assistere teneamur, quanto attentius hoc agere cogimur contra malignorum conatus, qui fratres nostros sancte Romane ecclesie cardinales assidue nobis in execundo apostolatus officio coadiutores hostiliter insecuntur, cum eis illatas iniurias vel offensas, etiam nobis factas a nemine dubitandum sit.

Nuper siquidem, cum nobis innotuisset, quod dilectus filius noster Nicolaus tituli sancti Petri ad vincula presbiter cardinalis et ex dispensatione sedis apostolice episcopus Brixinensis, dum cure dicte sue Brixinensis ecclesie intenderet et in castro Bruneck sue Brixinensis diocesis ad eandem ecclesiam pleno iure spectanti resideret, per nobilem virum Sigismundum Austrie ducem hostiliter primo per suos in aurora die Pasce (13. April 1460) in dicto castro obsessus fuerat, et quod castro ipso per eosdem nomine ipsius ducis recepto, dux ipsa die sequenti prefatum cardinalis missis ad eum duobus tubicinis suo et omnium subditorum suorum nomine publice diffidaverat atque cum magna armatorum copia et bombardis et aliis bellicis instrumentis eundem cardinalis etiam hostiliter fuerat persecutus, quo usque eiusdem cardinalis personam in suam redigisset potestatem. Et sic diebus multis tenuisset, infra quos etiam dies 15 quoddam castrum nomine Taufers necnon notabilem pecuniarum quantitatatem obligationesque et litteras plures ab eodem cardinali et capitulo Brixinensi extorsisset et damna multa sibi et suis intulisset, que ultra

<sup>2</sup> paterne: pure A. 8 dicte: dedit A H. 10 Sigismundum: fehlt A H. 13 subditorum: fehlt A. | publice: fehlt A.

summam triginta quinque millium florenorum ascenderent atque in enervationem ecclesiastice libertatis et privilegiorum dicte Brixinensis ecclesie totalem exinanitionem vergerent.

- 20 Quoque instigante et procurante dilecto filio Michaele de Prato<sup>9)</sup> causarum curie camere apostolice procuratore premissa in consistorio generali per dilectum filium Andream de Sancta Cruce<sup>10)</sup> utriusque iuris doctorem dictique consistorii et fisci nostri advocatum publice exposita fuerant, petendo ducem predictum ac omnes et singulos, qui cum eo in huiusmodi obsidione fuerunt, arma receperunt ipsique duci auxilium, consilium vel favorem in premissis vel circa ea prestiterunt, premissa fieri mandarunt seu facta rata habuerunt, talia facientes scienter receptarunt seu defensarunt, ultra etiam excommunicationis sententiam, quam eo ipso incurrerunt, anathematizatos reos criminis lese maiestatis, perpetuo infames, bannitos et intestabiles ac ab omni successione expulsos, ediftia etiam eorum in ruinam danda atque eis de nullo debito respondendum et bona eorum fisco applicanda, ita ut nihil ex illis transmittant ad posteros, privatosque etiam eo ipso omni feudo et locatione, officio et beneficio spirituali et temporali,
- 30 que a quacumque ecclesia obtinent, eorumque terras et dominia ecclesiastico interdicto fore supposita ac eorundem filios et nepotes per rectam lineam descendentes beneficiatos quovis beneficio etiam pontificali dignitate similiter ipso facto fore privatos eisque omnem promotionis spem sublatam esse nullis etiam ipsorum filiorum atque nepotum ex virili sexu descendantibus ab eisdem alicuius dignitatis aut honoris ecclesiastici vel mundani aut alicuius loci regiminis ianuam esse aperiendam atque eis quomodolibet offitium publicum seu ministerium fore interdictum et in iudiciis eorum dictis seu assertionibus nihil fidei aut credulitatis contra quemcunque adhibendum et ad testimonia perhibenda esse indignos, ad beneficium vel offitium ecclesiasticum eis negatum ascensum et ad actus legitimos nullum eis patere aditum absque omni spe dispensationis super premissis aliasque penas, sententias et censuras in tales a iure inflictas et promulgas incidisse ac contra eos procedi aliasque et alia decerni fierique et declarari,
- 40 prout in commissione super hoc in ipso generali consistorio exposita plenius continetur.

Nos, antequam in huiusmodi causa quicquam attemptare vellemus, instigante et procurante dicto procuratore dilecto filio nostro Johanni tituli sancte Prisce presbitero cardinali<sup>11)</sup> ac venerabilibus fratribus nostris Johanni Attribatensi<sup>12)</sup> et Dominico Torcellano<sup>13)</sup> episcopis commisimus, ut ipsi seu duo ex eis super expositis huiusmodi plenam informationem reciperent et nobis referrent. Quapropter facta nobis per dictos commissarios relatione fideli, quod premissa omnia vera forent ex fama notoria precedente et clamorosa infamacione referente a fidedignis, que tamen sic agi per ipsum cardinalem presumi non poterant, cum ipse dicti ducis litteras protectionis ad dies sue vite haberet<sup>14)</sup>, cumque etiam dux ipse per nos, dum in dieta Mantuana constitueremur, litteris nostris requisitus, an tales litteras dicto cardinali vellet observare<sup>15)</sup>, se easdem omnino observaturum suo litterali responso nos certificasset<sup>16)</sup>, habito itaque cum predictis et aliis fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus maturo consilio tantam dei et ecclesie offensam tantamque temeritatis audaciam simulare nequentes predecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis inherendo in hoc tam notorio delicto, pro maiori processus nostri claritate monitorium ex superhabundanti etiam premittere placuit. Et attendentes, quod ad ipsum ducem et alios predictos pro monitionibus sibi faciendis tutus non pateat accessus, idcirco et ne excessus tam nefandus impunitus relinqueat, sed debitus iustitie ordo servetur, tam dictum ducem quam omnes et singulos cuiuscumque etiam pontificalis dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis sint, ecclesiastice vel mundane, qui eidem duci in premissis consilium, auxilium vel favorem dederunt, arma contra dictum cardinalem suscepérunt huiusmodique nephandum actum facto ratum habuerunt seu ducem et alios predictos postea receptarunt seu defensarunt eosdem et etiam eos, qui diffidationi per ipsum ducem eidem cardinali facte adheserunt seu cardinalem ipsum per suas litteras diffidarunt aut in diffidatione ipsius ducis comprehensi sunt, ac eos, qui eidem cardinali defecerunt atque ipsum ducem et suos contra dictum cardinalem hostiliter venientes in castris et in locis etiam ad prefatam ecclesiam Brixinensem pertinentibus admiserunt, ecclesiasticos et seculares, contra quos in hiis laborat infamia et extrajudicialis informatio habita est, quorum omnium et singulorum nomina et cognomina presentibus haberi volumus

60 pro expressis auctoritate apostolica per presentes nostras litteras, quas Senensis et Mediolanensis ac sanctorum Felicis et Regule opidi Curicensis<sup>17)</sup> Constantiensis necnon in parochialis opidi Rovereti<sup>18)</sup> Tridentine diocesis ecclesiarum valvis affigi volumus, monemus peremptorie et requirimus, quatenus prima die lune mensis augusti proxime futuri (*4. August 1460*), cuius termini unam tertiam partem pro

18 quinque: fehlt A. 33 ab – alicuius: fehlt A. 38 penas: fehlt A. 54 et<sup>1</sup> – 55 ducem: a.R. eingefügt V.  
55 relinqueat: remaneat A K H. 58 facto: factum K, facta A.

prima, aliam pro secunda et reliquam sive ultimam partem pro tertia et quarta dilatione terminoque peremptorio eis et eorum cuilibet assignamus, si die ipsa lune publicum consistorium tenuerimus, 70 alioquin proxima die feriata sequenti, coram nobis in generali consistorio, quod tunc ob hanc causam tenere deliberavimus, personaliter compareant allegaturi causas, per quas ad declarationem dictarum penarum et ad alia, que per ipsum procuratorem in dicta commissione petita fuerunt, procedere non debeamus. Alioquin tam ad dictam declarationem penarum quam irritationem omnium, que vi et metu per ipsum cardinalem gesta fuerunt, etiam si forent iuramento firmata, et declarationem restitutionis 75 omnium, que ab eodem cardinali per ducem et alios predictos recepta et extorta sunt, tam stabilium quam mobilium, et etiam interdicti declarationem aut novam illius impositionem, quounque omnia ablata, recepta et extorta huiusmodi restituta fuerint, ac de tanto excessu fuerit satisfactum in locis, in quibus premissa commissa fuere aut duci aut aliis prefatis immediate subiectis, atque ad ulteriora ac ad omnia ea procedemus, que nobis iuxta tanti excessus exigentiam rei notorietatem iusta videbuntur fieri et decerni, 80 non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, feriis etiam de mense augusti ceterisque contrariis quibuscumque.

Preterea, ut presentes nostre littere ad Sigismundi et aliorum premissorum notitiam deducantur, eas in valvis Senensis et Mediolanensis ac Sanctorum Felicis et Regule opidi Curicensis Constantiensis diocesis ecclesiarum predictarum affigi volumus et mandamus, que earum sonoro preconio monitionem nostram 85 huiusmodi publicabunt, ut Sigismundus et alii supradicti, quod littere ipse ad eorum notitiam non pervenerint, nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam allegare, et perinde haberri, ac si personaliter cuilibet presentate forent, et earum copie in forma publica dimisse, cum non sit verisimile, quod id eis incognitum existat, quod tam patenter omnibus publicatur.<sup>19)</sup> Nulli ergo etc. nostre monitionis, requisitionis, assignationis, voluntatis et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Macereti 90 Senensis diocesis anno etc. mcccclx<sup>o</sup> quarto decimo kal. junii, pontificatus nostri anno secundo.

D. de Piscia<sup>20)</sup>

<sup>1)</sup> Links neben dem Text: Ja(cobus) de Piccolominibus (*Iacopo Ammanati Piccolomini, Sekretär des Papstes*).

<sup>2)</sup> Überschrift: Copia monitorii contra ducem Sigismundum. *Großer Handweiser links neben dem Text*.

<sup>3)</sup> Über dem Text die einleitende Notiz: Idem de eodem mense junii die sabbati vicesima prima (21. Juni 1460) fuit affixum valvis ecclesie Senensis unum monitorium contra dominum ducem et alios tenoris sequentis. Unter dem Text schließt sich die folgende Notiz an: Fuit affixa valvis ecclesie Senensis die sabbati xxi<sup>ma</sup> mensis junii anno, die et pontificatu, quibus supra. Item istud monitorium fuit eciam affixum in Curego (Zürich) et in Rofereto; et postquam innotuit domino duci, infra decem dies ab eodem et aggravacionibus, que pretendebantur (em. predendebantur), ex eo fuit appellatum, prout sequitur: (Folgt Nr. 6265).

<sup>4)</sup> Die Handschrift enthält auf f. 69<sup>r</sup>-219<sup>r</sup> ca. 90 Briefe des Enea Silvio Piccolomini/Pius II., vermischt mit Reden und Traktaten. Zur Hs. s. F. Schulte *Die Rechtshandschriften der Stiftsbibliotheken von Göttweig Ord. S. Bened., Heiligenkreuz Ord. Cisterc., Klosterneuburg Can. Regul. Lateran., Melk Ord. S. Ben., Schotten in Wien Ord. S. Ben.* (SB Wien 57/1867), Wien 1868, 559-616, hier 574 Nr. 40; P. Spunar, *Bohemika v Kotvici*, in: *Listy filologické* 93 (1970) 209-213; P. Navone, *La „Doctrina loquendi et tacendi“ di Albertano da Brescia. Censimento dei manoscritti*, in: *Studi Medievali* 3a serie 35 (1994) 895-930, hier 906 Nr. 67; Kristeller, *Iter italicum III* 15; Woelki, *Lodovico Pontano* 10, 190 Anm. 45, 201, 225, 802.

<sup>5)</sup> Sammelhandschrift des 15. Jb. mit Material zu den Reichstagen der 1460er Jahre. Zur Hs. s. R. Helssig, *Die lateinischen und deutschen Handschriften der Universitätsbibliothek Leipzig*, Bd. 3: *Die juristischen Handschriften*, Leipzig 1905 (ND Wiesbaden 1996), 219-232, hier 220.

<sup>6)</sup> Zusammengestellt nach 1471 für den Trierer Eb. Johann von Baden (1456-1503). Die Hs. enthält v.a. humanistische Reden und Briefe. Auf f. 88<sup>v</sup>-99<sup>r</sup> ist Material zum Sigismund-Streit zusammengestellt. Zur Hs. s. H. Röcklein, *Die lateinischen Handschriften der Universitätsbibliothek Tübingen, Teil I: Signaturen Mc 1 bis Mc 150*, Wiesbaden 1991, 188-199, hier 197. Vgl. auch Kristeller, *Iter italicum III* 722; Weinig, *Aeneam suscipe 201f.*

<sup>7)</sup> Miszellanhs. des 15. Jb. deutscher Provenienz. Enthalten sind v.a. antike und humanistische Texte (Cicero, Poggio, Enea Silvio Piccolomini). Auf f. 294<sup>r</sup>-317<sup>r</sup> sind politische Reden, Briefe und Akten der 1460er Jahre enthalten, darunter mehrere Stücke zum Sigismund-Prozess. Zur Hs. s. P. Ewald, *Reise nach Spanien im Winter von 1878 auf 1879*, in: *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde* 6 (1881) 217-398, hier 376; Boockmann, Laurentius Blumenau 173 Anm. 824; Kristeller, *Iter italicum IV* 617f.

<sup>8)</sup> Zur Hs. s. G. Mazzatinti, *Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia*, Bd. IX: Firenze (R. Biblioteca Nazionale Centrale), Forlì 1899, 106-108.

- <sup>9)</sup> Michele de Arrigetti aus Prato († 1460), seit 1446 Fiskalprokurator; s.o. Nr. 5859 Anm. 1.
- <sup>10)</sup> Andrea da Santacroce, Konsistorialadvokat; s.o. Nr. 6219 Anm. 6.
- <sup>11)</sup> Kard. Juan de Mella.
- <sup>12)</sup> Jean Jouffroy, B. von Arras (ab 1461 Kardinal). Zu seiner Tätigkeit an der Kurie in dieser Zeit vgl. Märkl, Kardinal Jean Jouffroy 115-120.
- <sup>13)</sup> Domenico de' Domenichi, B. von Torcello. Er war zunächst für eine Legation zur Befreiung des NvK vorgesehen gewesen; s.o. Nr. 6211.
- <sup>14)</sup> S.o. Nr. 3788f. (1454 Januar 13).
- <sup>15)</sup> S.o. Nr. 6096 (1460 Januar 18).
- <sup>16)</sup> S.o. Nr. 6104 (1460 Januar 31).
- <sup>17)</sup> Die Kirche St. Felix und Regula in Zürich (Großmünster). Der Publikationsort deutet an, dass durch die mit Hz. Sigismund verfeindeten Eidgenossen Druck auf den Herzog ausgeübt werden sollte.
- <sup>18)</sup> Die Pfarrkirche von Rovereto an der südlichen Grenze des Machtbereichs Hz. Sigismunds.
- <sup>19)</sup> Der Entwurfstext der Begleitschreiben für den Überbringer der Bullen, den apostolischen Bullenschreiber Servatius Regis, ist erhalten in BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 206. Die Schreiben waren an drei ungenannte Bischöfe zu adressieren, also offenbar den Eb. von Mailand und die Bischöfe von Chur und Trient. Den Adressaten wird die Publikation von Nr. 6222 an den angegebenen Orten (Z. 83-85) befohlen. Da Servatius noch am 4. Juni 1460 ein Beglaubigungsschreiben für Verhandlungen mit den Eidgenossen bekam (Or.: SCHWYZ, Sta. HA.II.531) und am 13. Juni erst die genauen Instruktionen erhielt (s.u. Nr. 6246), dürfte er erst danach aufgebrochen sein. Vgl. Meuthen, Besetzung des Thurgaus 72.
- <sup>20)</sup> Domenicus de Pachinis de Piscia, apostolischer Schreiber (1457-1474); s. Frenz, Kanzlei der Päpste 318 Nr. 601; ders., Repertorium Officiorum Romane Curie, s.v.